

# Kirchliches Verordnungs-Blatt

für die  
Lavantner Diöcese.

Inhalt. I. Encyclica PP. Leonis XIII. de Rosario Mariali. — II. Adresse der im Mai 1897 in Rom versammelten Bischöfe an den hl. Vater. — III. Priesterexercitien im Jahre 1897. — IV. Diözesan-Nachrichten.

## I.

## Epistola encyclica Leonis PP. XIII. de Rosario mariali.

VENERABILIBVS FRATRIBVS PATRIARCHIS  
PRIMATIBVS ARCHIEPISCOPIBVS EPISCOPIBVS  
ALIISQVE LOCORVM ORDINARIIS  
PACEM ET COMMVNIONEM CVM APOSTOLICA  
SEDE HABENTIBVS

LEO PP. XIII.

VENERABILES FRATRES

SALVTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

**A**ugustissimae Virginis MARIAE foveri assidue cultum et contentiore quotidie studio promoveri quantum privatim publiceque intersit, facile quisque perspiciet, qui secum reputaverit, quam excelso dignitatis et gloriae fastigio Deus ipsam collocarit. Eam enim ab aeterno ordinavit ut Mater Verbi fieret humanam carnem assumpturi; ideoque inter omnia, quae essent in triplici ordine naturae, gratiae, gloriaeque pulcherrima, ita distinxit, ut merito eidem Ecclesia verba illa tribuerit: *Ego ex ore Altissimi prodidi primogenita ante omnem creaturam*<sup>1</sup>. Ubi autem volvi primum coepere saecula, lapsis in culpam humani generis auctoribus infectisque eadem labore posteris universis, quasi pignus constituta est instaurandae pacis atque salutis. — Nec dubiis honoris significationibus Unigenitus Dei Filius sanctissimam matrem est prosequutus. Nam et dum privatam in terris vitam egit, ipsam adscivit utriusque prodigii administram, quae tunc primum patravit; alterum gratiae, quo ad Mariae salutationem exultavit infans in utero Elisabeth; alterum naturae, quo aquam in vinum convertit ad Canae nuptias: et quum supremo vitae suae publicae tempore novum conderet Testamentum divino sanguine obsignandum, eamdem dilecto Apostolo commisit verbis illis dulcissimis: *Ecce mater tua*<sup>2</sup>. Nos igitur qui, licet indigni, vices ac personam ge-

rimus in terris Iesu Christi Filii Dei, tantae Matris persequi laudes nunquam desistemus, dum hac lucis usura fruemur. Quam quia sentimus haud futuram Nobis, ingravescente aetate, diurnam, facere non possumus quin omnibus et singulis in Christo filiis nostris Ipsius cruce pendentis extrema verba, quasi testamento reicta, iteremus: *Ecce mater tua*. Ac praeclare quidem Nobiscum actum esse censemus, si id Nostrae commendationes effecerint, ut unusquisque fidelis Mariali cultu nihil habeat antiquius, nihil carius, liceatque de singulis usurpare verba Ioannis, quae de se scripsit: *Accipit eam discipulus in sua*<sup>3</sup>. — Adventante igitur mense Octobri, ne hoc quidem anno patimur, Venerabiles Fratres, carere vos Litteris nostris, rursus adhortantes sollicitudine qua possumus maxima ut Rosarii recitatione studeat sibi quisque ac laboranti Ecclesiae demererit. Quod quidem precandi genus divina providentia videtur sub huius saeculi exitum mire invaluisse ut languescens fidelium excitaretur pietas; idque maxime testantur insignia templorum ac sacraria Deiparac cultu celeberrima. — Huic divinae Matri, cui flores dedimus mense Maio, velimus omnes fructiferum quoque Octobrem singulari pietatis affectu esse dicatum. Decet enim utrumque hoc anni tempus ei consecrari, quae de se dixit: *Flores mei fructus honoris et honestatis*<sup>2</sup>.

Vitae societas atque coniunctio, ad quam homines naturâ feruntur, nulla aetate fortasse arctior effecta est, aut tanto studio tamque communi expetita, quam nostrâ. Nec quisquam sane id reprehendat, nisi vis haec naturae nobilissima ad prava saepe consilia detorqueretur, convenientibus in unum atque in varii generis societas coeuntibus impiis hominibus *adversus Dominum et adversus Christum eius*<sup>3</sup>. Cernere tamen est, idque profecto accidit iucundissimum, inter catholicos etiam adamari magis cooptos coetus; eos haberi confertissimos; iis quasi

<sup>1</sup> Eccli. XXIV, 5. — <sup>2</sup> Io. XIX, 27.

<sup>4</sup> Ib. — <sup>5</sup> Eccli. XXIV, 23. — <sup>3</sup> Ps. II, 2.

communibus domiciliis christianaे vinculo dilectionis ita adstringi cunctos et quasi coalescere, ut vere fratres et dici posse et esse videantur. Neque enim, Christi caritate sublata, fraterna societate et nomine gloriari quisquam potest; quod acriter olim Tertullianus hisce verbis persequebatur: *Fratres vestri sumus iure naturae matris unius, et si vos parum homines, quia mali fratres. At quanto dignius fratres et dicuntur et habentur qui unum patrem Deum agnoscunt, qui unum spiritum biberunt sanctitatis, qui de uno utero ignorantiae eiusdem ad unam lucem ex paverint veritatis*<sup>1</sup>? Multiplex autem ratio est, qua catholici homines societas huiusmodi saluberrimas inire solent. Huc enim et circuli, ut aiunt, et rustica aeraria pertinent, itemque conventus animis per dies festos relaxandis, et secessus pueritiae advigilanda, et sodalitia, et coetus alii optimis consiliis instituti complures. Profecto haec omnia, et si nomine, forma, aut suo quaque peculiari ac proximo fine, recens inventa esse videantur, re tamen ipsa sunt antiquissima. Constat enim, in ipsis christianaे religionis exordiis eius generis societatum vestigia reperiri. Serius autem legibus confirmatae, suis distinctae signis, privilegiis donatae, divinum ad cultum in templis adhibitae, aut animis corporibusve sublevandis destinatae, variis nominibus, pro varia temporum ratione, appellatae sunt. Quarum numerus in dies ita percrebuit, ut, in Italia maxime, nulla civitas, oppidum nullum, nulla ferme paroecia sit, ubi non illae aut complices, aut aliquae certe habeantur.

In his minime dubitamus praeclarum dignitatis locum assignare sodalitati, quae a sanctissimo Rosario nuncupatur. Nam sive eius spectetur origo, e primis pollet antiquitate, quod eiusmodi institutionis auctor fuisse feratur ipse Dominicus pater; sive privilegia aestimentur, quam plurimis ipsa ornata est, Decessorum Nostrorum munificientia. — Eius institutionis forma et quasi anima est Mariale Rosarium, cuius de virtute fuse alias loquuti sumus. Verum tamen ipsius Rosarii vis atque efficacitas, prout est officium Sodalitati, quae ab ipso nomen mutuatur, adiunctum, longe etiam maior appareat. Neminem enim latet, quae sit omnibus orandi necessitas, non quod immutari possint divina decreta, sed, ex Gregorii sententia, *ut homines postulando mereantur accipere quod eis Deus omnipotens ante saecula disposuit donare*<sup>2</sup>. Ex Augustino autem: *qui recte novit orare, recte novit rivere*<sup>3</sup>. At preces tunc maxime robur assumunt ad caelestem opem impetrandam, quum et publice et constanter et concorditer funduntur a multis, ita ut velut unus efficiatur precantium chorus: quod quidem illa aperte declarant Actuum Apostolicorum, ubi Christi discipuli, expectantes promissum Spiritum Sanctum, fuisse dicuntur *perseverantes unanimiter in oratione*<sup>4</sup>. Hunc orandi modum qui sectentur, certissimo fructu carere poterunt

nunquam. Iam id plane accedit inter sodales a sacro Rosario. Nam, sicut a sacerdotibus, divini Officii recitatione, publice iugiterque supplicatur, ideoque validis simus; ita, publica quodammodo, iugis, communis est supplicatio sodalium, quae fit recitatione Rosarii, vel *Psalterii Virginis*, ut ja nonnullis etiam Romanis Pontificibus appellatum est.

Quod autem, uti diximus, preces publice adhibitae multo iis praestent, quae privatim fundantur, vimque habeant impetrandi maiorem, factum est ut Sodalitati a sacro Rosario nomen ab Ecclesiae scriptoribus inditum fuerit „militiae precantis, a Dominico Patre sub divinae Matris vexillo conscriptae“, quam scilicet divinam Matrem sacrae litterae et Ecclesiae fasti salutant daemonis errorumque omnium debellatricem. Enimvero *Mariale Rosarium* omnes, qui eius religionis petant societatem, communis vinculo adstringit tamquam fraterni aut militaris contubernii, unde validissima quaedam acies conflatur, ad hostium impetus repellendos, sivo intrinsecus illis sive extrinsecus urgeamar, rite instructa atque ordinata. Quamobrem merito pii huins instituti sodales usurpare sibi possunt verba illa S. Cypriani: *Publica est nobis et communis oratio, et quando oramus, non pro uno, sed pro toto populo oramus, quia totus populus unus sumus*<sup>1</sup>. — Ceterum eiusmodi precationis vim atque efficaciam annales Ecclesiae testantur, quum memorant et fractas navali proelio ad Echinadas insulas Turcarum copias, et relatas de iisdem superiore saeculo ad Temesvariam in Pannonia et ad Coreyram insulam victorias nobilissimas. Prioris rei gestae memoriam perenniem extare voluit Gregorius XIII, die festo instituto Mariae victoris honori; quem diem postea Clemens XI Decessor Noster titulo Rosarii consecravit, et quotannis celebrandum in universa Ecclesia decrevit.

Ex eo autem quod precans haec militia sit „sub divinae Matris vexillo conscripta“, nova eidem virtus novus honor accedit. Hue maxime spectat repetita crebro, in Rosarii ritu, post orationem dominicam angelica salutatio. Tantum vero abest ut hoc dignitati Numinis quodammodo aduersetur, quasi suadere videatur maiorem nobis in Mariae patrocinio fiduciam esse collocandam quam in divina potentia, ut potius nihil ipsum facilius permoveat propitiumque nobis efficiat. Catholica enim fide docemur, non ipsum modo Deum esse precibus exorandum, sed beatos quoque caelites<sup>2</sup>, licet ratione dissimili, quod a Deo, tamquam a bonorum omnium fonte, ab his, tamquam ab intercessoribus petendum sit. *Oratio* inquit S. Thomas, *porrigitur alicui dupliciter, uno modo quasi per ipsum implenda, alio modo, sicut per ipsum impetranda. Primo quidem modo soli Deo orationem porrigimus, quia omnes orationes nostrae ordinari debent ad gratiam et ad gloriam consequendam, quae solus Deus dat, secundum illud Psalmi LXXXIII, 12: „gratiam*

<sup>1</sup> *Apolog. c. XXXIX.* — <sup>2</sup> *Dialog. l. I. c. 8.* — <sup>3</sup> *In Ps. CXVIII.*  
— <sup>4</sup> *Act. I, 14.*

<sup>1</sup> *De orat. domin.* — <sup>2</sup> *Conc. Trid. sess. XXV.*

*et gloriam dabit Dominus*<sup>a</sup>. Sed secundo modo orationem porrigimus sanctis Angelis et hominibus, non ut per eos Deus nostras petitiones cognoscat, sed ut eorum precibus et meritis orationes nostrae sortiantur effectum. Et ideo dicitur Apoc. VIII. 4, quod ascendit fumus incensorum de orationibus sanctorum de manu Angeli coram Deo<sup>1</sup>. Iam quis omnium, quotquot beatorum incolunt sedes, audeat cum augusta Dei Matre in certamen demerendae gratiae venire? Equis in Verbo aeterno clarius intuetur, quibus angustiis premamur, quibus rebus indigeamus? Cui maius arbitrium permissum est permovendi Numinis? Quis maternae pietatis sensibus aequari cum ipsa queat? Id scilicet causae est cur beatos quidem caelites non eadem ratione precemur ac Deum, nam a sancta Trinitate petimus ut nostri misereatur, ab aliis autem sanctis quibuscumque petimus ut orent pro nobis<sup>2</sup>; implorandae vero Virginis ritus aliquid habeat cum Dei cultu commune, adeo ut Ecclesia his vocibus ipsam compellat, quibus exoratur Deus: *Peccatorum miserere*. Rem igitur optimam praestant sodales a sacro Rosario, tot salutationes et Mariales preces quasi sera rosarum contexentes. Tanta enim Mariae est magnitudo, tanta, qua apud Deum pollet, gratia, ut qui opis egens non ad illam confugiat, is optet nullo alarum remigio volare.

Alia etiam Sodalitatis, de qua loquimur, laus est nec praeterēunda silentio. Quoties enim Marialis recitatione Rosarii salutis nostra mysteria comentamur, toties officia sanctissima, caelesti quandam Angelorum militie commissa, similitudine quadam aemulamur. Ea ipsi, suo quaque tempore mysteria revelarunt, eorum fuere pars magna, iisdem adfuisse seduli, vultu modo ad gaudium composito, modo ad dolorem, modo ad triumphalis gloriae exultationem. Gabriel ad Virginem mittitur nuntiatum Verbi aeterni Incarnationem. Bethlemitico in antro, Salvatoris in lucem editi gloriam Angeli cantibus prosequuntur. Angelus Iosepho auctor est fugae aripiendane, seque in Aegyptum recipiendi cum puer. Iesum in horto prae moerore sanguine exsudantem Angelus pio alloquo solatur. Eudem, devicta morte, sepulero excitatum, Angeli mulieribus indicant. Evectum ad caelum Angeli referunt atque inde reversurum praedicant angelicis comitatum catervis, quibus electorum animas admisceat secumque rapiat ad aetherios choros, super quos *exaltata est sancta Dei Genitrix*. Piissima igitur Rosarii prece inter sodales utentibus ea maxime convenire possunt, quibus Paulus Apostolus novos Christi asseclas alloquebatur: *Accessistis ad Sion montem, et civitatem Dei viventis, Ierusalem caelestem, et multorum millium Angelorum frequentiam*<sup>3</sup>. Quid autem divinus quidve suavius, quam contemplari cum Angelis cum iisque precari? Quanta nit spe liceat atque fiducia, fruituros olim in caelo be-

tissima angelorum societate eos, qui in terris eorum ministerio sese quodammodo addiderunt?

His de causis Romani Pontifices eximiis usque praecconiis Marianam huiusmodi Sodalitatem extulerunt, in quibus eam Innocentius VIII *devotissimam Confraternitatem*<sup>1</sup> appellat; Pius V affirmat, eiusdem virtute haec consequuta: *Cooperunt Christi fideles in alios viros repente mutari, haeresum tenebrae remitti et lux catholicae fidei aperiri*<sup>2</sup>; Sixtus V, attendens quam fuerit haec institutio religioni frugifera, eiusdem se studiosissimum profitetur; alii denique multi, aut praecipuis eam indulgentiis, iisque uberrimis auxere, aut in peculiarem sui tutelam, dato nomine variisque editis benevolentiae testimoniis, receperunt. — Eiusmodi Decessorum Nostrorum exemplis permoti, Nos etiam, Venerabiles Fratres, vehementer hortamur vos atque obsercamus, quod saepe iam fecimus, ut sacrae huius militiae singularem curam adhibeatis, atque ita quidem, ut, vobis adnitentibus, novae in dies evocentur undique copiae atque scribantur. Vestra operâ et eorum, qui e clero subdito vobis curam gerunt animarum, noscant ceteri e populo, atque ex veritate aestiment, quantum in ea Sodalitate virtutis sit, quantum utilitatis ad aeternam hominum salutem. Hoc autem contentione poscimus eo maiore, quod proximo hoc tempore iterum viguit pulcherrima in sanctissimam Matrem pietatis manifestatio per Rosarium, quod *perpetuum* appellant. Huic Nos instituto libenti animo benediximus; eius ut incrementis sedulo vos naviterque studeatis magnopere optamus. Spem enim optimam concipimus, laudes precesque fore validissimas, quae, ex igenti multitudinis ore ac pectore expressae, nunquam conticescant; et per varias terrarum orbis regiones dies noctesque alternando, conspirantium vocum concentum cum rerum divinarum meditatione coniungant. Quam quidem laudationum supplicationumque perenitatem, multis abhinc saeculis, divinae illae significarunt voces, quibus Oziae cantu compellabatur Judith: *Benedicta es tu filia a Domino Deo excelso prae omnibus mulieribus super terram, . . . quia hodie nomen tuum ita magnificavit, ut non recedat laus tua de ore hominum*. Iisque vocibus universus populus Israel acclamabat: *Fiat, fiat*<sup>3</sup>.

Interea, caelestium beneficiorum auspicem, paternaeque Nostrae benevolentiae testem, vobis, venerabiles Fratres, et clero populoque universo, vestrae fidei vigilantiaeque commisso Apostolicam benedictionem peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die XII Septembbris anno MDCCXCVII, Pontificatus Nostri anno vicesimo.

LEO PP. XIII.

<sup>1</sup> *Splendor paternae gloriae*, die 26 Febr. 1491. — <sup>2</sup> *Consuoverunt RR. PP.*, die 17. Sept. 1569. — <sup>3</sup> *Iud. XIII*, 23 et seqq.

Diesem Umlaufschreiben gemäß ist der ganze Monat October I. J. der Himmelskönigin vom Rosenkranze geweiht und gewidmet worden und hat Seine Heiligkeit Papst Leo XIII. angeordnet, dass vom 1. October bis zum 2. November d. J. in allen Seelsorgskirchen und wenn es die Ordinarien für angemessen erachten, auch in anderen, der Gottesgebärerin geweihten Kirchen und Heiligthümern wenigstens fünf Absätze des Rosenkranzes sammt der lauretanischen Litanei andächtig gebetet werden.

Diesem nach wird auch in allen Pfarr-Kirchen der Lavanter-Diöcese vom 1. October bis 2. November entweder während der hl. Messe oder vor dem ausgefehlten allerheiligsten Gute die von Sr. Heiligkeit angeordnete Andacht abgehalten, nämlich wenigstens fünf Absätze des Rosenkranzes sammt der lauretanischen Litanei gebetet werden, worauf den Versammelten der hl. Segen cum Sanctissimo zu ertheilen ist. Seine Heiligkeit ertheilt Allen, die innerhalb des bezeichneten Zeitraumes der öffentlichen Abbetung des Rosenkranzes sammt der Litanei beiwohnen, und auf die Meinung des Papstes beten, jedesmal einen Ablass von 7 Jahren und 7 Quadragesen; diese Gunst genießen auch Diejenigen, welche ein rechtmässiger Grund von den genannten öffentlichen Andachten zurückhält, jedoch unter der Bedingung, dass sie derselben heil. Übung privatim obliegen und gleichfalls zu Gott auf die Meinung des hl. Vaters beten.

Diejenigen aber, welche in der obgenannten Zeit wenigstens zehnmal, entweder öffentlich in der Kirche oder aus rechtmässigen Gründen zu Hause dasselbe verrichtet, so wie gebeichtet und communicirt haben werden, wird ein vollkommener

Ablass gewährt, wie auch Denjenigen, welche entweder am Rosenkranzeste selbst oder an einem der darauffolgenden acht Tage nach Beicht und Communion in irgend einer Kirche für die Bedürfnisse der Kirche zu Gott und der Gottesgebärerin ordnungsmässig gebetet haben werden.

Der englische Lehrer, auf welchen der heilige Vater so gerne und so oft hinweist, sagt von der Erhabenheit der seligsten Gottesmutter so schön: „Quanto aliquid magis appropinquat principio in quolibet genere, tanto magis participat effectum illius principii. Unde Dionysius (Caelestis hierarchia, cap. 4, ante med.) dicit, quod angeli, qui sunt Deo propinquiores, magis participant de bonitatibus divinis, quam homines. Christus autem est principium gratiae, secundum divinitatem quidem auctoritative, secundum humanitatem vero instrumentaliter. Unde et (Ioan. 1, 17) dicitur: *Gratia et veritas per Iesum Christum facta est.* Beata autem Virgo Maria propinquissima Christo fuit secundum humanitatem, quia ex ea accepit humanam naturam. Et ideo prae caeteris maiores debuit a Christo gratiae plenitudinem obtinere“.<sup>1</sup>

Unterlassen wir es doch nicht, jene erhabene Himmelskönigin herzinnig zu verehren, welche der Engel grüßt: „Ave gratia plena“.<sup>2</sup>

Zu dieser Stelle bemerkt der größte Bibelerklärer: „Bene gratia plena, quia caeteris per partes praestatur, Mariae vero se tota simul infudit gratiae plenitudo“.<sup>3</sup>

<sup>1</sup> S. Thomae Aquinatis Summa theologica III. pars, quaest. 27, artic. 5 in corp. — <sup>2</sup> Luc. 1, 28. — <sup>3</sup> S. Hieronymi Sermo de Assumptione.

## II.

### Adresse der im Mai 1897 in Rom versammelten Bischöfe, gerichtet an Seine Heiligkeit Papst Leo XIII.

Im IX. „Kirchl. Verordnungs-Blatte“ vom 1. August 1897 erschien sub I. das Danckschreiben Sr. Heiligkeit Papst Leo XIII. an die in Rom versammelten Bischöfe.

Man wird diese liebessollen und erhebenden Worte um so mehr würdigen können, wenn man die nachstehende Adresse der im Mai 1897 in Rom versammelten Bischöfe, unter welchen sich auch der Fürstbischof von Lavant befand, gerichtet an Se. Heiligkeit Papst Leo XIII., gelesen hat, da ja die Antwort Sr. Heiligkeit durchwegs auf die Ergebenheits- und Glückwunschadresse der Bischöfe Rücksicht nimmt.

Die Adresse, welche Sr. Heiligkeit unterbreitet worden, hatte nachstehenden Wortlaut:

„Beatissime Pater!

Coelitum Sanctorum honores promeritis virtute Viris tibi tertium solemniter deferenti laeti libentes, adsumus, Tuam de aneto Ecclesiae decore gratulationem communiciatum.

Haud tamen minus universis optatum accedit florentem, Dei numine, validamque senectam intueri coram et observantium nostram animosque testari cum Romana Sede Tecumque Christi, in hisce terris Vicario, penitus coniunctos nec solum nostrum, verum etiam fidelium quibus, curarum tuarum particeps, moderandis praesumus.

Sint Tibi fausta, Beatissime Pater, sint felicia omnia; ut que, diurnis laboribus assiduisque industriis perficere es aggressus, ea prospere cumulateque perficias.

Illud prae ceteris toto animo desideramus, ut qui a nobis dissident, praesertim orientalium gentes, hortationes tuas, paternae caritatis plenas, exaudiant atque una nobiscum fide devineti, unum fiant ovile unoque Pastore utantur Spiritus Sanctus quem semper ut norint et ament et exorent fideles omnes et cohortetur quique luminis et consolationis fons patet perennis, communibus enixisque annuat precibus; et animos movens agensque optata quae tua sunt, atque adeo nostrum universorum, benigne, cumulate impletat.

Illud demum, Beatissime Pater, officium simul a nobis caritas exigit ut pro libertate tua vota suspiciamus. Eam profecto Apostolicum ministerium omnino exquirit, ut nempe ad propagandam Evangelii lucem et Ecclesiam ubique gentium moderandam, ea ab omni vi et coactione utaris immunitate, quam Deus, civili etiam regimine adtributo, sartam tectamque esse voluit.

Dilectionis tuae testem, Beatissime Pater, et auspicium divinorum munorum, Apostolicam benedictionem Nobis gregibusque cuique nostrum commissis ut impertias humilime imploramus.“

### III.

#### Priesterexercitien im Jahre 1897.

Gehalten in Sauerbrunn unter Theilnahme Sr. für stischöflichen Gnaden des hochwürdigsten Oberhirten Michael und geleitet vom hochw. Herrn P. Heinrich Hegggen G. J., Professor der generellen und speciellen Dogmatik an der F. B. theolog. Diözesan-Lehranstalt in Klagenfurt, vom 20. bis 24. September.

An denselben haben 138 Priester theilgenommen, und zwar die Hochwürdigen Herren:

Arzenšek Mathias, Pfarrer in Greis. Belsák Ant., Pfarrer in St. Peter bei Radkersburg. Brglez Franz, Kaplan in Luttenberg. Brglez Johann, Pfarrer in Artič. Bračić Andreas, Kaplan in Groß-Sonntag. Bogataj Bartholomä, Pfarrer in St. Gertraud ob Tüffer. Caf Jakob, Dechant und Pfarrer in St. Thomas bei Groß-Sonntag. Cerjak Franz, Kaplan in St. Marein. Čelenšek Alois, Pfarrer in Stopperzen. Čede Josef, Kaplan in St. Magdalena in Marburg. Černenšek Franz, Pfarrer in Zirkoviz. Čizej Franz, Pfarrer in St. Martin bei Schallek. Čemažar Johann, Kaplan in St. Leonhard in W.-B. Čašl Franz, Kaplan in St. Marein bei Erlachstein. Černko Markus, Pfarrer in Lichtenwald. Dekorti Josef, Pfarrer in Laufen. Erjavec Peter, Pfarrer in Trifail. Fišer Anton, Pfarrer in Dol. Fleck Josef, Dechant und Pfarrer in Jaring. Fišer Andreas, Pfarrer in Zagorje. Fröhlich Anton, Hauptpfarrer in hl. Kreuz bei Sauerbrunn. Dr. Feuš Franz, Professor der Theologie in Marburg. Gorisek Johann, Kaplan in Tüffer. Gaberc Martin, Pfarrer in Kapellen bei Rann. Gajsek Johann, Pfarrer in St. Veit bei Ponikl. Hajsek Anton, Ehrendomherr, Dechant und Stadtspfarrer in Windisch-Feistritz. Heel Augustin, Dechant und Pfarrer in Mahrenberg. Hlastec Franz, Kaplan in Weitenstein. Horjak Johann, Pfarrer in Dobje. Hraſtel Franz, Pfarrer in Reisnik. Hribenik Jakob, Spiritual im F. B. Priesterhause in Mar-

burg. Hribovšek Karl, päpstl. Hausprälat, Canonicus, Director des F. B. Priesterhauses in Marburg. Hrovat Paul, Pfarrer in St. Judok am Kozjak. Hurt Franz, Kaplan in Altenmarkt. Hrašovec Heinrich, Kaplan in Kostreiniz. Jukret Anton, Pfarrer in Ober-St. Kunigund. Dr. Janežič Franz, Religionslehrer am k. k. Staats-Gymnasium in Cilli. Janžeković Veit, Kaplan in Čadram. Jodl Johann, Kaplan in St. Anton in W.-B. Kačičnik Caspar, Kaplan in Schiltern. Kelemina Mathias, Pfarrer in St. Egidi in W.-B. Kolarič Josef, Pfarrer in St. Martin an der Pač. Klančnik Georg, Defficientpriester in Fražlau. Kolar Vincenz, Provisor in Maria Rieč. Krajnc Jakob, Kaplan in Franz. Kolarič Josef, Kaplan in St. Paul bei Pragwald. Košar Jakob, Kaplan in St. Peter bei Radkersburg. Kožine Johann, Pfarrer in Schleiniž bei Cilli. Krajnc Josef, Pfarrer in Žibika. Kragl Martin, Pfarrer in Felddorf. Kufovič Friedrich, Kaplan in Gonobiz. Krusice Johann, k. k. Schulrat, k. k. Gymn.-Professor i. R. in Cilli. Koren Mathias, Pfarrer in Sachsenfeld. Košar Johann, Pfarrer in Galizien. Krančič Johann, Stadtspfarrkaplan in Cilli. Kržišnik Josef, Kaplan in Tüchern. Kramberger Lorenz, Pfarrer in Rebl. Kos Alois, Pfarrer in St. Martin im Rosenthal. Koncan Fortunat, Kaplan in Ponikl. Korošec Anton, Kaplan in Mahrenberg. Kralj Josef, Dechant und Pfarrer in Sauritsch. Kralj Martin, Pfarrer in Leskovec. Lednik Anton, Pfarrer in hl. Geist in Loče. Lempl Jakob, Dechant und Pfarrer in Skalis. Lom Franz, Kaplan in St. Michael bei Schönstein. Lah Martin, Kaplan in St. Henrina. Lenart Johann, Pfarrer in Pöltschach. Lajniček Anton, Kaplan in Pöltschach. Meznarič Matthäus, Kaplan in Trifail. Mlasko Josef, Kaplan in St. Johann am Drauselde. Menhart Jakob, Stadtspfarrkaplan in Friedau. Mojžišek Anton, Kaplan in St. Anna am Kriechenberge. Mikus Valentim, Pfarrer in St. Georgen an der Südbahn. Mestko Josef,

Kaplan in St. Marein bei Erlachstein. Merc Jakob, Pfarrer in Reichenburg. Muršič Franz, Kaplan in Drachenburg. Medved Martin, Stadtspfarrkaplan in Wind.-Feistritz. Moravec Franz, Stadtspfarrkaplan in Pettau. Novak Anton, Kaplan in Monsberg. Ozmec Josaf, Kaplan in Luttenberg. Ogradi Franz, Abt, Dechant und Stadtspfarrer in Cilli. Osenjak Matthäus, Kaplan in Sachsenfeld. Ogrizek Franz, Pfarrer in Kirchstätten. Podvinski Anton, Kaplan in Maria Neustift bei Pettau. Plepecel Josef, Kaplan in St. Nicolai bei Friedau. Pajtler Johann, Pfarrer in St. Ruprecht in W.-B. Pavlič Johann, Pfarrer in Wisell. Pučko Anton, Pfarrer in Polensak. P. Pavec Johann, Pfarrvicar in St. Georgen a. d. Pečniz. Roškar Martin, Kaplan in Köttsch. Ramor Johann, Pfarrer in St. Michael ob Praßberg. Rodošek Anton, Pfarrer in St. Martin bei Oberburg. Ravšl Anton, Provisor in Pameč. Roško Franz, Pfarrer in Savodne. Rotner Johann, Kaplan in St. Lorenzen in W.-B. Ribar Anton, Pfarrer in St. Veit bei Montpreis. Rom Ignaz, Pfarrer in Windisch-Landsberg. Sver Alois, Seelsorger i. d. f. f. Männer-Strafanstalt in Marburg. Stoklas Mathias, Dechant und Pfarrer in Fraßlau. Strašek Michael, Pfarrer in St. Johann am Weinberg. Sparhaft Johann, Pfarrer in St. Peter im Bärenthal. Srabocan Anton, Kaplan in Laporje. Stefan Peter, Kaplan in St. Peter bei Marburg. Sorglechner Josef, Pfarrer in Haidin bei Pettau. Schmid Michael, Pfarrer in Sulzbach.

Šebat Anton, Kaplan in Dol. Šlander Anton, Decanatsadministrator und Pfarrer in Altenmarkt. Škorjanc Franz, Pfarrer in Gomilsko. P. Šlander Emeran, Gutsadministrator in St. Peter bei Radkersburg. Šijaneč Anton, Kaplan in St. Georgen in W.-B. Šelih Georg, Kaplan in Neukirchen. Schwarz Franz, Pfarrer in Gams. Šalamon Franz, Stadtspfarrprovisor in Pettau. Škorjanc Mathias, Pfarrer in St. Florian am Boč. Šelič Valentin, Pfarrer in Kostreinitz. Toplak Franz, Pfarrer in St. Leonhard bei Großsonntag. Trampus Johann, Pfarrer in St. Wolfgang am Kagberge. Tomažič Markus, Pfarrer in Peilenstein. Tombach Josef, Dechant und Hauptpfarrer in Rohitsch. Trašenik Josef, Kaplan in Hl. Kreuz bei Sauerbrunn. Trstenjak Ernst, Stadtspfarrkaplan in Wind.-Feistritz. Trtniček Matthäus, Pfarrer in Perenzen. Ulčnik Josef, Pfarrer in Riez. Ulčnik Martin, Kaplan in Greis. Vurkela Barthelmä, Kaplan in Oberburg. Vaclavit Robert, Kaplan in Hoheneck. Bodnárek Andreas, Pfarrer in Hoheneck. Višnar Franz, Kaplan in Hl. Kreuz bei Sauerbrunn. Weixl Josef, Kaplan in Hl. Kreuz bei Luttenberg. Wurzer Mathias, Pfarrer in Maria Rast. Zdolšek Franz, Pfarrer in St. Barthelmä bei Gonobiz. Zadravec Johann, Kaplan in Kapellen bei Radkersburg. Zmazek Franz, Pfarrer in St. Benedicten in W.-B. Zernko Čespar, Kaplan in Reichenburg. Zagajšak Josef, Pfarrer in Hohenmauthen. Zupanič Jakob, Pfarrer in St. Osvald im Drauwalde.

#### IV.

#### Diozesan-Nachrichten.

Investiert wurde auf die Pfarre St. Johann bei Unter-Drauburg Herr Franz Leber, Pfarrer in St. Veit bei Waldegg.

Bestellt wurden als Proviseure die Herren Kapläne: Anton Drosenik in Leutsch und Friedrich Repolusk in St. Veit bei Waldegg.

Wiederangestellt wurde als I. Kaplan in St. Martin bei Wind.-Graz Herr Michael Šket, Provisor in St. Johann bei Unter-Drauburg.

Übersezt wurden die Herren Kapläne: Franz Bratkovič nach Rohitsch, Josef Cerjak als Chorvicar nach Marburg, Franz Gosak nach St. Veit bei Ponill, Heinrich Hrašovec nach Kostreinitz, Johann Kozoderc nach St. Georgen an der Stainz, Martin Krajnc nach Weitenstein, Anton Miklič nach St. Xaveri bei Oberburg, Mathias Vaupotič nach Trennenberg und Anton Zavadil nach Remšnit.

Angestellt als Kapläne wurden die abholvierten Herren Theologen: Franz Horvat in Sibila, Josef Panič in St. Barbara bei Wurmberg, Josef Somrek in Hoheneck, Johann Topolnik in Doberna, Mathias Zemljic in St. Martin bei Windischgrätz, Josef Žekar in St. Martin am Pachern und Melchior Zorko in Sulzbach.

Krankheitshalber beurlaubt wurden die Herren: Anton Čestnik, Chorvicar in Marburg und Franz Kosel, Aushilfspriester in Doberna.

Gestorben sind: Am 13. September d. J. Herr Franz Ermenc, Pfarrer in Leutsch im 69. und Herr Jakob Vindl, Deficientpriester in Haidin, am 15. September d. J. im 27. Lebensjahre.

Unbesetzt sind geblieben: Der I. Kaplansposten in St. Georgen an der Südbahn, ferner die Kaplansposten in St. Kunigund am Pachern und Leutsch.

#### Ö. B. Lavantter Ordinariat in Marburg,

am 1. October 1897.

† Michael,  
Fürstbischof.